


ASTRONOMICVM.

36

Diagramma reciprocae obseruationis, eiusque Explicatio.

DD. Caspary Peucero Budissino
deuotum.



Sit in adiuncto Diagrammate CD Horizon. ADBC Meridiana. AB Orientalis. GH Aequator. IK Ecliptica. Ideoq; polus Aequatoris E. Eclipticae verò L. Notaq; longitudo SM, seu (per 4. El. Triang.) RZ, Latitudo verò eiusdem etiam nota MZ. Querendaq; Ascensio Recta RP: Declinatio MP: Mediumq; cœli RT. Quoniam igitur in Triangulo Rectangulo ZRQ tria habentur data, nempe latus RZ nota longitudo: & angulus ZRQ, angulus inquam maxima Declinationis solis seu intersectionis Eclipticae & Aequatoris: item Angulus RZQ Rectus: inuestigentur ex tribus his notis & reliqua tria: puta Angulus RQZ, & latera RQ & ZQ, quo addito noto lateri ZM, nota inquam latitudini, colligitur totum latus MQ, trianguli MQP, cuius etiam notis angulis